

1737
273
157
Vir Celeberrime.

Felix tibi appiceor et hujus anni residuum, & subse-
quentis initium: Te namque diligo & plurimi
aestimo velut eximum Academicæ vestrae, Latine
tua, nee non eruditæ Orbis universi decus atque
ornamentum. Quos obsequii et affectus mei gradus
non nudis efferte verbis, sed effectibus quoque mani-
festare desidero, expectans, et a te implorans ut id
praestandi suppeditetet occasio.

Celeb: amicus noster Poleni optimum filium suum
super amissit, unicum e saecularibus ipsi superstitem,
aliis pridem claustralern ordinem, vel ecclesiasticum
institutum profectis. Erat porro juvenis proclarae in-
dolis et alto spei, jamque moribus et studiis adulteris,
et hi annos 18 non excederet. Ab amicis solatis
causa egredi coactus, et in festo D. Martini extra urbem
detentus congressum Mercurii cum Sole, observare
non posset, hancque jacturam inter corollaria pro-
fati funeris mortis commemorat. Ad se autem
reversus atque recogitans quam varias per vias Deus
ops: max: filios hos ad se vocaverit, ipsi gratias agit
et benedicit, paenitens quod funus hoc in catalogum infor-
mationum

Commodata

tuniorum retulerit.

Viderunt utique Mercurii phænomenon Astronomi Bononienses coelo sereno prosperraque successus, quemadmodum a Celeb. Manfredio relatione leges in foliolo quod ejus iussu celeb. vestu Dr: de l' Isle transmitto. Quid vero hic obseruari contigerit in adjectis pagellis inspicies, easque cum Celeb: vestu Dr: Mayer ut dividat simulque obseruaria mea ipsi significet enixe. rogo. Interim optamus ut Vir laudatissimus preclaram suam Methodum de Aequinoctiorum et Solsticiorum momentis observationibus confirmet et exemplis illustret. In Eandem quoque, sed quadriennio serius incidisse sibi raper exposuit amicissimus Manfredius nuper exposuit, addens experimenta fecisse accurate succedentia. Quo omnia brevi visuri sumus in libro suo de observationibus habitis ope' Gnomonis D. Petronii, omnium hactenus existentium maximi. Quamvis autem postmodum videris in tomo IV Acad: Petropolnd grandin doctrinam Author vester ipsum prævenient sibi tamen complacuit in communium meditationum consensu, ratu-

274

a nemine accusandum fore, quod sibi arrogare voluerit quae tam celestes Astronomus nuper invenerat.
Vale Vir Celeberrime dum constanter maneo
Viennæ Aug^o: d: 16 X^{bris} 1735

Tibi obsequantissimus
Marinoni —